



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

Capvt XXVI. Loci præcipui in historia Isaac.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

IN GENESIN  
CAPVT  
XXVI.

Locū præcipui in historia  
Isaac.

- I. De miranda conseruatione &  
Nutricatione Ecclesie in fa-  
me & alijs periculis.
- II. Repetitio Promissionis de Cri-  
sto, In Semine tuo benedicen-  
tur omnes Gentes. & Pre-  
missionum Temporalium, de  
immensa posteritate & certo  
Regno in Palestina, quod fu-  
set hospitium Ecclesie &  
nascentis Messie. Quæ Pre-  
missiones supra Cap. 12. vsq;  
22. Abrahæ traditæ sunt.
- III. De Mendacio Officioso.
- IIII. Exemplum Promissionis, Be-  
nedictio



*nedictio DOMINI diuites facit.*

V. *De Fæderibus.*

VI. *Non esse contrahendum matrimonium sine autoritate Parentum, vt Esau contra voluntatem patris Isaac duas uxores Cananeas duxit, De quibus infra Capite 36. dicemus.*

IIII.

DE BONIS  
Corporalibus.

*Sex sunt cause, propter quas promissiones Bonorum corporalium à Deo tradite sunt.*

1. *Vt doceant nos de prouidentia, uidelicet, Quod non casu, aut causis Physicis illa bona obijciantur, aut humana industria solum parentur, sed certo Dei consilio & opere offerantur & augeantur. Vt in hoc Capite dicit Textus, Inuenit Isaac in illo anno centuplum, Benedixitq; ei Dñs, & locupletatus est.*

d

2. Vt



2. Vt Fides, Inuocatio, & Spes exercentur petitione & expectatione bonorum corporalium, & presentia ac bonitas Dei nobis fiat conspectior, & opitulatur inuocantibus.

3. Vt sint exercitia Gratiitudinis assidua & omnibus Vita officijs Deo reddenda.

4. Vt sint commonefactiones de Promissione spiritali, Quia semper in petitione corporalium necesse est praelucere fidem accipientem remissionem peccatorum, & statuentem nos placere Deo, & accipi preces nostras propter Christum, ut dicitur. Quomodo inuocabunt si non credunt.

5. Vt sciamus Ecclesiam, etsi subiecta est cruciatibus in hac uita perpetuo mansuram esse, nec fragamur desperatione, cum impij delere Ecclesiam conantur.

6. Vt sint adminicula uocationum, Non enim possemus in nostra uocatione Deo seruire, si fuerit morbis assiduis, & doloribus nostra uita extingueretur. Principes pij non possunt Ecclesiam, sedulas, iudicia, pacem tueri & fouere nisi pecunia instructi sint, Quam neruos rerum agendarum Demosthenes nominat.

Harum causarum cogitatione nos ad petitionem & expectationem corporalium beneficiorum conuocitemus, & simul animos ita confirmemus, ut etiamsi Deus differat, aut non largiatur bona corporis, tamen fide in ipso adquiescamus.